

*s. Greg.* Chrysaorius Usurarius, cuius terribile  
*homo. 17.* iudicium S. Gregorius describit, videns  
*in Evang.* & audiens sua peccata in morte ejulat,  
& ululat. C. Joel. 2. v. 31.

*Sup. 1.* *Scrutabitur Jerusalem in lucernis:* Deus  
Judex scrutabitur arcana mentium, & reve-  
labit abscondita tenebrarum, & mani-  
festabit consilia cordium, hæcenus stуди-  
oſe celata. Lucerna scrutans & illu-  
minans est I. Ipsa mens Dei omniscii.  
2. Angeli & demones testes. 3. Ratio  
& conscientia. 4. Lex & Verbum Dei.  
5. Vita Christi & Sanctorum. C. So-  
phon. 1. v. 12.

*Apoc. 20.* *Vidi mortuos magnos, & pusillos stan-  
tes in conspectu throni.* Per magnos & pu-  
sillos intelligi possunt iusti, & impii: hi  
enim intuitu illorum confundentur: Ne-  
roni opponetur Henricus, impiis præfu-  
libus Gregorius, Carolus Borromæus:  
Impiis officibus Crispinus, Aratoribus  
Ildorus &c. M. conc. 6. aff. 2. nu. 9. seq.  
Vide Titulum: *Sancti cælestis.*

Improvidi famuli, aut ancillæ, quæ  
in stabulis, aut horreisque candelis & lu-  
mine incaute incendium causant, quan-  
to magis culpam suam celare, & ignem  
per se suffocare conantur, tanto magis  
flamma & fumo exsuperante produntur:  
ita in iudicio, qui vocatur dies ignis,  
tanto elarius peccata produntur, quanto  
solentius peccator suas turpitudines oc-  
cultare conabitur.

*113. Fædium erit durius quam inf-  
delium.*

*Cum iratus fueris Misericordie recorda-  
beris,* idest in die iræ recordabitur Iudex  
beneficentiarum Christiano homini col-  
latorum. Recordabitur tuæ creationis,  
tuæ Redemtionis, tuæ vocationis ad fi-  
dem, tuæ conservationis, tuæ commu-  
nionis & participationis Sacramentorum;  
& hæc omnia peccatum, ac iudicium  
tuum aggravabunt, &c. Segn. Manna 8.  
Junii n. 3.

Imperator Mauritius ob immiserico-  
diam suam ad iudicium citatus, & cer-  
to periturus, rogat temporaliter potius  
quam æternaliter puniri. Et ecce; a Pha-  
sa, & imperio, & vita cum uxore & pro-  
liis spoliatur. C. Joel. 2. v. 31.

S. Hieronymus læsione Ciceronis ni-  
mium delectatus ad Christi tribunal ra-  
pietur, & ibi audit: *Ciceronianus es, non  
Christianus;* ideoque acriter vapulavit,  
ut ipse refert ad Eustochium Virginem.  
C. Joel. 2. v. 31.

Peccatum Christianorum, si cætera sint  
paria, gravius est, quam infidelium pro-  
pter elariorem agnitionem rerum cæle-  
stium, & propter specialem ingrati-  
tudinem: ergo etiam iudicium hominis Chri-  
stiani erit durius, quam infidelium; cui  
enim plus datum est, plus requiritur ab  
eo. Ideo etiam fideles profundius in in-  
fernum demergentur, quam infideles.

Cælestis Patria est instar munimentum  
validissimi, quod vi expugnari debet,  
Regnum colorum vim patitur, & vio-  
lenti rapiunt illud. Jam si cæcus & infir-  
mus nullum conatum adhibet, ut regnum  
cælorum expugnet, tolerabile malum est:  
verum si cordatus miles, robustus & om-  
ni armorum genere instructus est  
mera desidia, & negligentia nec manum  
nec pedem moveat ad expugnandum hanc  
urbem, extremo supplicio dignum est  
delictum. Homo infidelis cæcus, & in-  
firmus est, Christianus robustus & ar-  
matus: igitur hujus ignavia severiori  
iudicio punietur, quam illius.

#### JUDICIUM UNIVERSALE.

*114. Cur præter particulare ba-  
bendum sit.*

**S**ANCTUS Thomas assert rationes Judicii  
Universalis: Primo: Ut boni, vel  
mali effectus operum humanorum pateant.  
Secundo: ut hominibus iustis honor red-  
datur, qui a potentibus, & peccatoribus  
sæculi illis fuit negatus. Tertio: Ut tam  
corpus, quam anima simul præmium, aut  
pœnam recipiat. Quarto: Ut appareat  
honor Christi, qui coram toto mundo  
despectus coram toto mundo glorificari  
debet. Quinto: Ut manifestetur Provi-  
dentia Dei, qua mundum gubernavit.  
B. fer. 31. §. 1. Ser. 32. n. 1.

Homo sæpe comparatur arbori: *Video  
homines sicut arbores ambulantes.* Bona  
arbor bonos fructus, mala malos facit:  
quæ autem malos fructus profert excide-  
tur, & in ignem mittetur. Cur arbor  
comparatur homo arbori? Resp. Sicut  
arbor, licet excidatur, altero tamen an-  
no in nova germina iterum propullat:  
ita opera hominum, ut jam diu mor-  
tuorum, varios adhuc, eosque seu bo-  
nos, seu malos effectus post se trahunt,  
qui in iudicio universali manifestabun-  
tur. B. fer. 34. n. 3. seq.

Sandi, & iusti in hac vita injuste per-  
secutionem passi in die iudicii honorem  
suum recuperare debent; est enim dies  
judi-

#### JUDICIUM UNIVERSALE.

iudicii dies restitutionis omnium, &c. B.  
fer. 37. n. 5.

Quamvis homo per mortem abripiatur,  
in multis tamen adhuc est superstes: est  
superstes in bonis & malis exemplis, in  
educatione liberorum, in sepulchris præcio-  
sis, in operibus litterariis, & in  
opera adhuc producent effectus fœde-  
ratos: ideo erit Iudicium effectus san-  
ctos: etiam hi effectus suam remunerationem  
fortiantur. Segn. Manna 13. Majii 5.

*115. Habebit signa prædroma terribilia.*

Signum iudicii extremi erit persecutio  
Antichristi, sic dicti, quia in omnibus  
erit antithesis Christi Domini: ex adul-  
terio Babylonie natus veneficorum cory-  
phæus erit: Judæos ad se trahet, & ma-  
gno deceptoris virtutis splendore multos  
etiam christianos pervertet. Suos seque-  
ces honoribus & divitiis, adversarios tor-  
mentis afficiet, imagines, ac ceremonias  
Christianæ legis omnes abolēbit, & falsa  
plumbo ligato manus lavare: vestes ab-  
belline non aqua sed igne purgantur.  
VV. ar. disc. font. 21. Ex. 4. sed illi igni  
nihil resistet.

Signum alterum extremi iudicii erit  
turbatio siderum, ac elementorum: *Erunt  
signa, in sole & luna, & in stellis.* Sol  
obscurabitur, stellæ decedent: Aer  
turbabitur procellis, aquæ fonitæ, & æ-  
stu, terra motibus: ignis undique e  
montibus erumpet. Sed cur Deus in has  
innocentes creaturas sævit? audi in simi-  
li: sicut maritus zelotypus non tantum  
in adulteram sævit, sed & in mundum  
illius muliebrem: ita ira Dei non tan-  
tum in hominem, sed & in creaturas,  
quibus ad peccata abusus est, exarde-  
scet, &c. Ser. 31. §. 3. Sanchez  
p. 8. c. 2.

Signum tertium extremi iudicii erit  
destructio mundi, & hæc certe ex variis  
signis & indicis procul abesse non po-  
test: 1. Quia sex diebus conditus est  
mundus: ergo totidem millibus annorum  
consistet; mille enim anni ante Deum  
sicut dies unus. Septima dies est Sabba-  
tum, seu æterna requies. 2. Tres in mun-  
do successively fuerunt leges seu status,  
lex naturæ, Moysis, & Christi: sicut er-  
go duæ primæ durarunt bis mille annis;  
ita & Lex Christi non durabit ultra an-  
nos bis milles. 3. Mundus jam vide-  
tur consensescere, deficit in fertilitate  
naturæ; in ætate hominum, in virtute,  
in sinceritate amicorum, alisque. C. in  
Apoc. 20. v. 5. Haud procul igitur ab-  
est, ut dixi, destructio mundi, eaque fiet

*D. Claus Spicil. univ. Paris. III.*

per ignem: ignis enim ex quatuor mun-  
di partibus vel liquefactum metallum  
incurret, omnia exuret &c. B. fer. 31.  
§. 4. Vide C. in Apoc. 6. v. 17.

Basiliius Moscoviz Dux conspirationis  
socios omnes delevit, cum familia, uxore,  
liberis, servis, pœcudibus, canibus,  
felibus, imo dum milites infanti in cuncta  
blande sibi ardentem parcerent, ipse in-  
stantem tribus vulneribus confect, & mi-  
lites morti addixit. T. nu. 407. Sic Deus  
mundum destruet, quia peccatorum servit.  
Persecutio Antichristica erit terribi-  
lis. C. 2. Theſſal. 2. v. 3.

Plinius cum Vesavii incendium cinerem,  
& saxa ignita ejaculantis, & sulphuris im-  
brem ad multa miliaria propagantis con-  
spicere, metu moritur. Quid fiet tum,  
cum tota natura patietur. D. 8. 14.

Dantur aliquæ res, quæ igni nostro  
elementari resistunt; sic Aristoteles tes-  
tatur se vidisse igne muscas majores  
sine læsione: quidam homines vestis sume  
plumbo ligato manus lavare: vestes ab-  
belline non aqua sed igne purgantur.  
VV. ar. disc. font. 21. Ex. 4. sed illi igni  
nihil resistet.

*116. Erit terribile supra captum.*

Dies illa tam terribilis est, ut Joel bal-  
butire incæperit, dum de ea loqui vole-  
bat: *A A A, prope est dies Domini. Je-  
remias terribilem:* Sophonias, *dum iræ,  
litas, diem crudelē* vocat. Hujus diei  
memoria eremos Anachoretis, cælem San-  
ctis: eontra hujus diei oblitio infernum  
damnantis complevit. B. fer. 31. n. 6.

*Stilla ad Africum:* ubi Hugo dicitur  
stilla, quasi dicat: quidquid dixeris, aut  
ostenderit terribilitatis, non est nisi mo-  
dica stilla, &c. M. conc. 6. aff. 2. n. 1.

S. Job lamentatur: *Quid faciam, cum  
surrexerit ad iudicandum Deus?* Ecce; vel  
hoc solum terribile est, quod Christus  
exuet munus Advocati, cuius gratia jam  
plus non recipis, quam merearis, & as-  
sumer munus Judicis, &c. Segn. Manna  
3. Martii n. 1. Vide Sanchez par. 8. c.  
4. Paoletti Dom. 1. Adventus.

Bogoris Rex Bulgarorum depic-  
tici imaginem videns adeo exhorruit,  
ut interpeſta nocte Baptifimum susceperit.  
E. Imago n. 12.

Quidam Hispanus pro Episcopatu Ge-  
nevensi examinatus, cum vidit confestum  
Pontificis Clementis VIII. & Cardina-  
lium coram quo respondere deberet; ex  
metu deliquium passus non se collegit,  
sed mortuus est. T. n. 107.

S. Anselm. l. de f. militiis.

S. Anselm. ait: A dextris erunt peccata accusantia, a sinistris infinita demonia, subitus horrendum chaos inferni, desuper Judex iratus, foris mundus ardens, intus conscientia urens. Ibi vix justus salvabitur! heu! misere peccator, sic deprehensus quo fugies: latere erit impossibile, appa- vere intolerabile. C. Joel. 2. v. 31.

317. Separabit bonum a malo.

Nunc in Ecclesia boni cum malis mixti sunt, sicut animalia in arca Noe: tunc autem abibat conjux a conjuge, frater a fratre, pater a filio. Ideo judicium comparatur aræ, in qua purgatur triticum: O quot coronæ, infulsæ, cappæ, superpellicea tunc volabunt ut acera: quia meditati inania sunt, &c. B. fer. 31. n. 41. seq.

Pellicanus pullos amanter nutrit, sed ingratos e nido ejicit: hoc in mundo in nido Ecclesie versantur boni, & mali, grati & ingrati: sed hi tunc ejicientur in tenebras exteriores &c. B. ferm. 61. n. 4. seq.

Ine. 3.

Ventilabrum in manu ejus, & purgabit arcam suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleam autem comburet. Ventilabrum est instrumentum rusticum, quo separantur grana tritici bona a malis: nomine tritici intelliguntur justii, nomine paleæ peccatores, arca est judicium. O quam terribilis erit ista separatio! Nunc justii per orbis angulos dispersi sunt, unus in oriente, alter in occasu vivit: ibi autem congregabuntur in horreo cæli, non amplius intermixti malis, a quibus in vita affiguntur. O quanto impendio il- luc entis oportet, ut illorum consortio fruaris! si nihil aliud ibi esset boni præter societatem tam dignam omnium justorum, tanta prædicatorum scientia, tanta assiduitate, amabilitate, pulchritudine, ut unusquisque superet Salomonem cum omni sua gloria, operæ pretium esset omnis labor ac conatus! Quodli excludatur, o luctum! o lacrymas, &c. Segn. Manna 18. Junii n. 5.

118. Manifestabit occultissima conscientiarum.

Apo. 10.

Et libri aperti sunt: Sicut diversæ arbores in hyeme discernibiles non sunt, ineunte autem vere ex foliis se produunt: ita conscientia se aperient in judicio. Heu! quanta erit confusio peccatorem ita denudatum stare coram universo orbe, &c. B. fer. 31. n. 45.

S. Catharina Senensis, S. Philippus Ne- rarius alique Sancti hanc habuerunt a Deo gratiam, ut peccatores a justis discernere, & conscientiarum noxas intueri potuerint: mirum autem didu est, quan- tum peccatores præsentiam horum San- ctorum subterfugerint, non poterant ad- duci ut eorum conspectum subirent. Alii autem, qui negotiorum causa eos con- venire debebant, prius per confessionem animum expiabant. Quæ ergo confusio erit peccatoris, cum illius peccata uni- verso orbi patebunt!

Nobilis quidam habebat picam articu- late loqui doctam, præsertim cum B. Joan- ne Vincentio, qui in domo nobilis fre- quens erat, ea avis colloquebatur. Fa- mulorum quidam ex voracitate occidit picam & comedit. Rediens ergo S. Vir deplorabat & querebat absentem vlamen- tum, ac per totam domum inquirens clamita- bat: Ubi es mea picca! Prodigium famulo occurrente, avis ex illius stomacho re- spondit: hic sum; hic sum; & vox ali- quot diebus ex stomacho furis, non sine immensa illius confusione audita est, &c. Illa die quanta erit confusio cum Divinus Judex quæret: ubi estis vos mundi hæ- tera, vos adulteria, vos lascivia, & hæc respondebunt ex corde hujus & illius: hic sum; hic sum, &c. R. cent. 2. p. 2. mir. 49.

Revelabo pudenda tua. Ubi S. Basilii: Non confuse, aut summam, aut indi- gestè peccata nostra cernerent; sed singula per partes, ut sese habent, velut in pictura noscentur. Sic videbitur injectio illa oculorum impudentissimæ illius fe- minæ in Joseph: assidua illa molestia, quam mulier illi dabat: ars illa, preces illæ, munera illa, lacrymæ illæ, quomo- do pallium ejus apprehenderit, &c. quæ omnia ad amissum, ut acciderent, cœ- lum & terra videbit. S. p. 135. f. 414.

Suspendit principes contra solem, ut fa- cies eorum ignominia replerant. Sancti Chyostomus ait: Omnia peccata in tam aperto, tamque illustri theatro denuda- ta orbi universo palam subjicientur. S. punct. 135. f. 425.

O quam alia erit rerum facies apud multos, qui pro Sanctis habebantur: Jun- cus, seu scirpus humilis videtur ante- quam veniat sol: ita multi aci Gregorius, qui Divina gratia pleni credebantur, siccæ, ac aridi, deprehendentur. M. conc. 6. aff. 2. n. 6.

Omnes nos manifestari oportet: Textus 2. Cor. 5. Græcus legit loco manifestari, pellucidus fieri. Sicut ergo crystallus soli expostus nec

Nabonn. 3. S. Basil. de vera Virg.

Nam. 5. S. Chyost. hom. 5. in Epist. ad Rom.

nec minimum novum dissimulare potest: ita ante tribunal Christi continget omnibus hominibus. Segn. Manna 9. April. n. 2. Habet. 2. Lapis de pariete clamabit: Quod lignum, quod inter junctionas edificiorum est, respon- debit. Indus quidam ficus comedens & ex litteris additis deprehensus, putat litte- ras oculos & linguam habere. In judi- cio multa erunt diserta. D. 4. 98.

119. Erit intolerabilis peccatori, quam infernus.

Job. 14.

S. Job exclamavit: Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me? supra quæ ver- ba Chyostomus: Siquis est, qui sensu, ac mente præteritus sit, is certe gehennæ poenam tolerare mallet, quam ad verbo Deo stare. Quid mirum si David infir- matus fuit, ex sola consideratione irati vultus Divini: Non est sanitas in carne mea a factis ire tue, &c. S. p. 27. f. 121. M. c. 6. aff. 1. n. 7.

S. Chyost. hom. 5. in e. 15. Ep. ad Cor.

Si cultodes ad sepulcrum exanimati sunt, quid erit cum Christus proderit judicatoris orbem? Si solum Crucifixi imago versa in eos facie, qui indevote psallebant, exanimis in terram omnes dejecit, quid erit cum faciem non mor- tuam, sed vivam furore plenam in pec- catores convertet? Saul a misericorde voce in terram dejectus est, quid fiet per vocem iratam, &c. S. p. 132. f. 416.

Montes cadite super nos: Sanctus Au- gustinus ait, majus tormentum erit ma- lis furorem Domini tolerare, quam cru- ciatu: infernales perpeti. S. punct. 135. fol. 424. in fine.

Arguam te: Quæ statuum contra faciem tuam. Ubi S. Chyostomus: Maluerim infinita fulmina sustinere, quam iratam Dei faciem adversantem videre. M. con. 6. aff. 1. n. 8.

Amarus pudor & desperatio peccatoris cum videbit se sub conspectu Christi Redemptoris, & Divinæ Matris, sub conspectu Angeli custodis, & Sanctorum Patronorum, sub conspectu Parentum & amicorum, sub conspectu Dominorum & subditorum, a quibus in hac vita fuit in honore habitus, sub conspectu etiam peccatorum, qui eorundem scelorum rei poenitentiam egerunt, sine omni spe, & auxilio a demoniis in infernum rapi- Mallet latuisse in profundo inferni, &c.

Et quomodo Deum immortalem! quomodo se habebunt magni Domini, Reges & Principes, qui nunc illud solen- ne habent, quod liber, licet; qui subdi-

tos immisericorditer emungunt, & vi- lius, quam equos & canes habent, quo- modo, inquam, se habebunt, cum vide- rint se coram famulis & subditis inter electos stantibus & sibi insulantibus, si- ne titulis, sine honore, sine reverentia hætenus assueti, instar vilissimorum pec- cedum abripi, & in ignem projici? non- ne mallet in abstrusissimo gehennæ cli- bano ardere, quam hanc metamorphosin tam ignominiosam, inter rufus, & sub- fannationes Sanctorum intueri?

Quid dicent Apostata, & hæresiarchæ, qui sacra fidei dogmata explode- runt? pla monita contempserunt: vitæ austeritatem, castitatem, obedientiam, & paupertatem in Religiosis, & Sacerdotibus nisi habuerunt? certe infania contabescunt, ululabuntque: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & simi- litudinem improperii: ecce, quomodo computati sunt inter filios Dei; sic eju- labunt, & præ invidia, quod inimicos suos videre cogantur inter amicos glo- riosos Dei, mallet subfari cum in infernali- um prunarum ustulati, quam hunc aspectum sustinere, &c.

120. Terribile propter resurrectionem corporum.

Duo amici convivio assidebant, & un- nus dividebat assatum caponem: dicente altero: amice tam dextere divisisti ca- ponem, ut nec ipse S. Petrus illum res- fuscitaret quæ: resposit iste: imo nec ipse Deus hoc poterit. Ecce; mox capo revixit, plumatus apparuit, & canavit. Illi duo autem lepra percussii sunt, quam lepram in perpetuum ipsorum etiam filii & nepotes contrahant. E. Verbo blas- phemia n. 1. Sicut ergo Deus hunc ca- ponem, sic resuscitabit mortuos.

Dies iudicii vocatur Amarus, quia erit dies ire, tribulationis, angustie, cala- mitatis, necessitatis, perditionis, tumul- tus, cebratium, turbini, tubæ, desola- tionis, nebulæ, & procellarum. Cur- atem vocatur dies tubæ? quia tuba mor- tui excitabuntur, & tuba sonante dan- nati coram universo mundo ducentur, & accipiantur in locum supplicii. C. So- phon. c. 1. v. 15. ad finem.

Tunc peccatores longe aliter sentient de voluptatibus, & divitiis hujus mundi; tunc anima infelix diras dicit vos corpori- ri, quod malis passionibus depravatam, renuit ferre jugum Divinæ legis; Male- dicti oculi, dicit anima, qui objectis pu-

denis & illecebrofis inhastis; Maledicta manus, quæ lucra iniqua captastis! Maledicti pedes, qui viam perditionis effuso cursu cucuristis, &c. B. fer. 31. §. 4.

Hujus resurrectionis symbolum est Phoenix, cujus imaginem veteres sæpe in lapides sepulcrales incidere solebant. C. 1. Joan. 5. v. 11. Et 1. Petri 5. v. 10.

121. Erit justis quodammodo desolabile.

27. 36. Cum perierint peccatores, videbis. Quamvis justis statim post mortem recepturi sint æterna præmia, non poterunt tamen assequi felicitatem suæ exaltationis, nisi cum perierint peccatores; quia bona nunquam magis elucescunt, quam cum opponuntur malis contrariis. Imaginare tibi, te in publica strage civitatis et turri securum spectare excidium, inueneri ferum, inueneri flammam, inueneri supplices incassum manus tendentes. Tu in tuto consistis: quantum tibi applauderes? & tamen hæc similitudo nimis tenuis est ad explicandum id, quod in die iudicii contingeret, quando videbis ab exercitu Angelorum quasi in ore gladii ad inferni barathrum detrudi tot myriades hominum Deo rebellium, quibus & tu aliquando accesseri debuisti, sed Dei gratia evasisti. O quomodo tunc manus tendes ad cælum, & gratias ages Deo de forte, quam accepisti? quomodo de prædicabis obsequia illi exhibita? quomodo dices levita, quæ egisti & passus es, &c. Segn. Manna 24. April. n. 3.

simili.

In hoc mundo justis in tribulationibus vivunt, mercedem etiam operum suorum raro recipiunt: verum in illa die erit retributio; hinc ait S. Paulus: *Scio cui credidi & certus sum, quia potens est servare depositum meum in illam diem.* C. 1. Segn. Manna 10. Aug. n. 6.

Quantum lætati sunt operarii in vinea, cum advenit hora, qua Dominus præcepit œcono- mo, voca operarios, & redde illis mercedem. In illa die erit hora mercedis, qua justis pro bonis, quæ operati sunt, & pro malis, quæ Dei amore pertulerunt, æternam mercedem recipient. Ibi reparabitur illis honor & gloria pro ignominia, qua ab impiis persecutionem passi, & pro stultis habitis sunt, &c.

122. Sententia damnans impios quam terribilis.

Sententia Excommunicationis operatur terribiles effectus: quam longe terribilior ergo erit ab ipso Deo æternam excommunicationi, &c. D. 3. 59. Vide Titul. *Conjura Ecclesiastica* apud poenam peccati.

S. Jacobus Martyr, quia metu tormentorum idolis sacrificaverat, ab uxore & cognatis feminis deseritur, ac repudiat. Cumque repudium istud usque ad lacrymas ipsum affligeret, secum ipso dicebat: si tantam afflictionem mihi causaret derelictio hominum, quantum causaret reprobatio ipsius Dei, &c. Sanch. 4. par. c. 7. f. 342. N. 27. Novemb.

Hæc sententia ideo erit peccatoribus intolerabilis, quia feretur ab ipso Christo Salvatore. Paoletti Dom. 1. Adventus. Pena damni est damnatis intolerabilis, & hæc illis infligetur per illud: *Ita Maledicti.* Paoletti Fer. 2. post Dom. 1. Quadr.

Sententia ista comparatur cum tonitru ob triplicem analogiam, 1. Sicut tonitru oritur ex victoria vaporis contra nubes, a quibus diu erat inclusus: ita sententia ista oritur ex victoria iræ Divinæ contra longanimitatem ac patientiam, a quibus diu fuit retardata. 2. Sicut tonitru est terribile ex sonitu vehementi, ita hæc sententia, quia in omnibus quatuor mundi partibus audietur. 3. Sicut tonitru pro suo effectu habet terrorem gentium: ita hæc sententia, quia damnati invocant montes, a quibus capient operiri, &c. Segn. Manna 20. Aug. n. 2.

O Bone Deus! quanto merore, quantum desperatione obruetur infelix damnatus, cum videbit amicos, fratres, fofores, contubernales, condiscipulos, quæ longe minoria talenta habuerunt, in cœlum recipi, se autem in infernum repelli? qua invidia exardebit, cum viderit peccatores longe majores, quia penitentiam egerunt, salvari, se autem, quia penitentem neglexit, ad æternum ignem damnari? Eheu! in quam inconditos ejulatus erumpet? quam crudeliter rabiosis unguibus in se sæviet? O Bone Deus! quis non exhorrescat, quis non contremisquit, cum ista cogitat, &c.

Judex.

123. Erit aspectu terribilis.

A Postoli in monte Thabor timuerunt audita voce Dei, & solum erat vox amica

amica Dei, qualis erit vox Dei inimici: Illud *Ego sum* in monte Oliveti proferent turbam Judæorum & tunc Christus erit captivus: quid efficiet ista vox *Ego sum*, cum Christus erit judicaturus? M. conc. 6. aff. 1. n. 4. seq.

Sacer Proverbiales iram Regis comparat iræ Leonis: 1. Quia iracillius est conjuncta cum potestate & fortitudine. 2. Quia horrendum in modum rugit, & suo rugitu omnia animalia terret. 3. Quia hic rugitus prænuncius est necis, mox enim cum, in quem rugit, lacerat, & devorat. Ita regis furor strages & mortes post se trahit. Quod si Sacer Proverbiales hoc enuntiare audeat de ira hominis mortalis & infirmi, quid quæso temerandum de ira Divini Judicis, qui est leo de tribu Juda? cujus potentia nemo potest resistere, nemo effugere. C. Prov. 19. v. 12.

S. Or. 1. 27. 28. c. 27.

S. Aug. 1. serm. 200.

Dei ant. 8. Aug. 1. Joan. 13.

Si feribentis manus ad mortem usque percussit Balthasarem, quid faciet manus fulminantis? M. conc. 6. aff. 1. n. 6.

Eiher exanimis concidit visa Majestate Affueri & quidem amici: quid erit visa Majestate Dei & quidem irati? S. p. 132.

Milites in Oliveto sternuntur retro, ubi Gregorius: Quis ejus iram toleret, cujus mansuetudo non potuit tolerari?

& S. Augustinus: Quid erit tribunal judicantis, quando superbos reges cuna terreat infans. S. p. 132. f. 415. B. fer. 22. n. 8. R. cent. 3. mir. 42.

Si Dilectus Christi Discipulus Joannes præ timore pene defecit: quomodo feret oculorum fulmina qui Christi discipulus non est? S. p. 132. f. 415.

S. Augustinus ait: O quam metuendus erit Judex, cujus sapientiam non licet fallere, cujus æquitatem non licet flectere, cujus judicium non licebit evertere. S. p. 133. fol. 427.

Quando cum Judice tibi res est, a quo non datur appellatio, tunc necesse est, ut vel Judicem decipias, vel corumpas, vel effugas, vel mitigas. Nihil est his omnibus poteris coram Deo. Segn. Manna 3. Martii n. 2.

Imperator Maximianus non poterat aspiciere S. Lucianum, ideo vel per interpretem, vel velatis oculis cum eo loquebatur. Sanch. 5. p. c. 10. f. 613.

124. Erit justis aspectu amabilis, impiis terribilis.

Ex. 14. Erat nubes tenebrosa, & illuminans non hem. Quomodo hæc duo conveniunt,

esse tenebrosam, & illuminativam? A. Abul. hic. 6. Or. hom. 21. in Ev. b. ulenius respondet, quod ex una parte Aegypti tenebras, ex altera Israelitis lucem attulerit. Et S. Gregorius: Columna nubis monstrata est, in nocte columna ignis, quia Deus in judicio veniens per lenitatis mansuetudinem blande justos demolebit, peccatores autem per justitiæ distributionem terret &c. S. punct. 137. fol. 437. in fine.

Si signa prodroma iudicii tam terribilia erunt, ut homines præ timore arescant, quis crederet hæc signa justis solatio futura? *Levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra* Eccl. S. p. 137.

Christus Dominus in judicio ostendit sua vulnera, justis solatium, impiis terrorem. Unde Augustinus ita loquentem inducit: Ecce! quem crucifixistis: videtis vulnera, quæ infixistis, agnosceitis latus quod pupugistis, quoniam per vos, & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis &c. S. p. 137. f. 439.

Principes Peruanus Crucifixum a Christiano milite offensum contemnit, ac conspuit. Imago oculos, & faciem ad iracundiam componit, & ecce! subito Principes de throno, & cum eo trecenti famulantium humi sternuntur. R. cent. 3. mir. 42.

Sicut Regum hilaritas & benevolentia comparatur rori; quia ros æstum temperat, & arescentes herbas refrigerat, atque vitalem succum instillat: ita benignus Judex justos excitabit ad spem, & læticiam. C. Prov. 19. v. 12.

Regum clementia comparatur soli: sicut sol bene valentibus oculis amabilis, infirmis vero molestus est; ita Divinus Judex peccatoribus terribilis, justis amabilis erit. C. Prov. 20. v. 8.

125. Peccatori aspectu intolerabilis.

Reccaredus Rex Anglia in venatione aberrans & a suis delictus, in domo fabri pernoctavit, a quo incognitus male habitus, & etiam alapa inhonoratus fuit. Altera die citavit Rex injuriatum, dicens illi: agnosce me? O quantum erit sulmen peccatorum, cum illi dicet Judex, agnosce me? me, quem offendisti? &c. Hinc mirum non est, quod damnati libentius essent in inferno, quam in judicio futuri. P. p. 2. disc. 3. n. 12.

Id maxime affliget peccatorem, quia iudex damnans est ipse Christus Salvatore. Paoletti Dom. 1. Adventus. Christianorum quidam in America ad

ad Indos penetrans, nunc Hispanorum imperio subiectos, Crucifixi imaginem secum detulit. Imago deportata est ad palatium Principis ethnici, qui ironice ex Christiano quærens, hincine miser homo & cruce pendens esset Christianorum Deus? affirmans Christiano, ex contemptu imaginem conspuit. Et ecce! Christus in cruce oculos aperiens, & cervicem erigens, tam terribili vultu aspexit Principem, ut ille cum recentis optimatibus præ timore in terram concidens, quasi per tres horas exanimis iacuerit. Dein ad se rediens baptizatus est. E. Imago num. 10.

Miles cum suis sociis in Monasterium, cui Michael Gisterius (postea Pius V. Pontifex) præfuit, insolenter illapsus, minari etiam ausus Michaeli, ac Priori, quod cum in puteum precipitare velit, successu temporis venit ad Pontificem. Is quærens, an meminisset eorum, quibus in Monasterio Priore illo & illo anno offensus? respondente milite, se meminisse omnium, subintulit Pontifex: Ego sum ille Prior, & miles fere metu exanimatus est. Quid fiet cheu! cum Iudice offensus? J. 112.

Fratres Joseph fere metu contabuerunt, audientes ab illo: Ego sum, quem vendidistis in Ægyptum. C. Gen. 45. v. 4.

Negue solum ex se, sed etiam ex eo erit Iudex formidabilis, quia creaturas omnes armabit contra peccatorem: Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam. Ubi Bonaventura: Tangit supplicium reproborum sub metaphora Regis arma. moventis contra suos adversarios, & describit primo Regis propositum, secundo ejus apparatus, tertio bellum, quarto belli effectum, quinto belli remedium. In primo adventu inermis advenit, sed tunc armatus venit: armabit creaturas omnes, nunc tantum forte unam v. g. ignem, non aquam: aerem, non terram, sed tunc omnes. S. p. 132. fol. 417. seq.

Regis ante ipsum præcedet: Quare ignis? terreni Principes, uti Reges Persiæ in usu habebant, ut quoquoque ibant, ignem sibi præferri haberent. Nabuchodonosor præambulos semper habebat: tadaros, Tantisque metus proventis illis incubuit, ut universarum urbium habitatores principes, & honorati simul cum populis essent obviæ ventis? C. Idem eventus Alexandro Magno post devictum Darium. Cornelius a Lapide per verba illa: Oslam

successum ego video, intelligit Regem Chaldaeorum, cui ignis præferri solebat in bello &c. D. 4. 94.

Sicut fulgur exit ab oriente & parviusque in occidentem: ita erit adventus filii hominis. Reditus Christi ad iudicium instar fulguris erit: 1. Subitus. 2. Inexpectatus. 3. Omnibus manifestus. 4. Gloriosus. 5. Efficax, ut nemo resistere valeat. 6. Non in terra, aut in angulo, sed in aere toti orbi conspicuus. Sicut fulgur, ait S. Chryostomus, non indiget præcone, aut nuntio, sed in momento omnibus apparet; sic adventus ille ubique instanti splendore videbitur. C. Matth. 24. v. 27.

Consideratio Iudicii.

126. Absterru: a peccatis.

N Aaman Syrus iustus est septies laudare in Jordane, ut a lepra manderetur: Jordanes interpretatur iudicium: a lepra peccati mundatur anima, si laetur in iudicii consideratione &c. B. term. 22. n. 3.

S. Rex David monet: Nolite iniqua agere, nolite exaltare cornu. Sed quare? Quoniam Deus iudex est. S. p. 136. f. 427.

S. Chryostomus ait: Qui hujus diei obliviscitur, tanquam fræno abjecto in precipitium fertur: ita contra qui hujus diei continuo recordatur, a precipitio scelerum securus est. S. p. 136. f. 427.

Narrat Vairus suo tempore fuisse hominem admittanda vi oculorum præditum, qui cum in lapidarii cuiusdam manibus gemmam, miro artificio politam fixis oculis contemplatus fuisset, lapillus ejus se sine mora divisit, ac confregit. VV. art. disc. Font. 28. ex. 3. Posuit hoc acies naturalis oculi, & cor tunc lapideum non differant flammantes oculi Divini Iudicii? &c.

Abbas Evagrius: Memor esto semper exitus tui, & non obliviscaris æterni iudicii & non erit delictum in anima tua. C. Lev. 16. v. 29. ad finem.

S. Basilius ait, in illud: Venite filii S. Basilii. in timore Domini docebo vos: Cum te appetitus invaserit peccandi, velim cogitare horribile illud, & intolerabile Christi tribunal, in quo præfidebit, & adhibet omnis creatura ad gloriosum huius conspectum contremiscens. Huius horribilis diei schema dedit Deus in iudicio Udonis Antifistis Magdeburgensis, quem & lecto scriptum S. Mauritius in Ecclesia sua decollavit. Crucer

Crior Udonis adhuc indelebiter adheret pavimento. C. Joel 2. v. 31.

Sacerdos veteris testamenti nolulas habuit in fimbria vestis. Quare? Origenes ait: Ut de extremis temporibus, & sine mundi nunquam sileas, sed inde tones. Nolula erant numero 366. ut indicetur numerus dierum in anno, id est, quotidie de iudicio monendum esse B. fer. 45. n. 1.

Petrus Telonarius avarus & immisericus citatur ad iudicium Dei: videt ibi omnia peccata sua in unam lancem reporni, & in alteram bojum panis, quem pauperi dedit: hac visione terretur vitam, & mores mutat, & totum se dedit misericordiae operibus. C. Joel 2. v. 31.

127. Peccatorem adducit ad penitentiam.

Vox Domini confringentis cedros. Ubi S. Augustinus, id est superbus &c. Vox Domini preparantis cervos: cervi meticolosum animal partum vi cohibet, donec per contritum pavefiant, & pariat: ita partus peccatoris, id est confessio promovetur per vocem Domini. Tali modo Christus Dominus ad partum voluit adjuvare Pilatum: Anoda videbitis filium hominis. Ubi Chryostomus: Sensit Christus hunc conceptus, de patria, de regno meo quærit, est cervi obligata, juvabo, ut vincat respectus humanos rationes status &c. S. punct. 136. fol. 428.

Trepidus quidam Monachus in somnio visus est sibi ante Dei tribunal stare, nec posse ad interrogata respondere: restitutus sibi integro decennio solitudinis se includit, ac sicut maxime id temporis peragit. Sanch. 4. p. c. 4. f. 252.

Abbas Agathon in morte tremens dixit se consistere ante Dei tribunal: quæsitus an ergo spem non haberet in suis operibus, respondit, o fratres mei credite, longe diversa sunt coram Deo, & coram mundo apparere. Sanchez 4. part. c. 4. fol. 253.

Homines sancti semper memoria retinentes illam sententiam: Estote parati

quia quia hora non putatis, filius hominis venit, in timore & tremore vixerunt, & aliis, ut idem facerent, persuaserunt.

Abbas Ammon cuidam hoc monitum dedit: sicut incarcerationem in expectatione penarum suarum plorant, quærent identidem, ubi est iudex, & quando veniet: Ita Christianus semper debet esse sollicitus, sibi ipsi exprobandum: Væ mihi, quomodo stabo ante tribunal Christi?

Abbas Evagrius ait: Divinum terribile

iudicium semper ante oculos habeant, & peccatorum confusione, quam passuri sunt ante oculos Christi ac Sanctorum. Abbas Elias dicere sapius solebat: Ego tria timeo: quando egressura est anima mea de corpore, quando occursum sum Deo, & quando adversum me profunderet est sententia. Senex quidam cum videret ridendum, exprobravit illi: coram cali terræ Domino rationem totius vite redditurus sumus, & tu rides? C. in Matth. 24. v. 44.

M O R S.

128. Quid sit?

L Astantius ait, mortem esse divilionem anime: Aristoteles: esse privationem vite. Plato: esse ruptionem vinculi inter corpus & animam. Mori est destrui ædificium corporis: Mori est proficisci in incognitam regionem æternitatis. Mori est valedicere mundo, amicis, & noxi. Mori est deserere bona terrena, honores, voluptates. Mori, ait Tertullianus, est ultimum omnium questionum: Multa enim quærentur, & quæri possunt de homine, sed cum respondeatur, quod sit pulvis, & cinis, tunc hæc responsio ultima est &c. B. ferm. 16. n. 7. seq.

Philosophus ab Adriano Imp. interrogatus quid sit mors? respondit: Mors est æternus somnus, dissolutio corporis, divitium pavor, pauperum desiderium, incerta peregrinatio, inevitabilis eventus.

Juxta S. Ambrosium, mors est dissolutio corporis & anime; solvitur enim hoc nexu cum recedimus, unde & David inquit: Dissipasti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.

Mors a S. Gregorio vocatur Somnus, s. Greg. ut hoc mansuetum vocabulo, mortis merito doloretur; somnum enim merito mescit: unde & S. Paulus Discipulos admonet: Nolumus vos ignovare de dormientibus, ut non contristemini.

Dicitur mors a Morfu, ait S. Augustinus, quia per mortuum, quo protopærentes nostri vitium pomum momorderunt, in orbe introducta est.

Mors ordinarie quatuor dolores comites habet: Dolores corporis est morbo, dolores anime est peccatis, dolores inferni ob incertitudinem iudicii, & dolores ex aspectu ædificium insidiantium.

Tab. Inf. 12. c. 13. Arist. lib. de morte. Plato in Phæd. Tertul. ap. Jobb. de pecc. 77. 77. S. i.

S. Ambrosii. 1. de bono. mor. c. 2.

S. Greg. 12. mor. c. 5.

S. Aug. ser. 301. de temp.